



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu**

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Theodoro Sholoastico. 396.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

& contumaciam minimè ipsis contumelia inferitur, latis animis labores ferunt. Cùm autem nullum susceptorum laborũ fructum perspiciunt, eos incassum docere piget. Quapropter, si ea, quæ nunc rursus quæsiuisti, ex me intelligere aues, ea, quæ prius didicisti, reipsa ostende. Sin autem te ea minimè scire apparet, quorsum hæc quoque tibi exponemus?

Anfonio Correctori. 395.

Ærea quidem statua Imperator te remuneratus est, præmium hoc fulgoris causa auro liniens. Neque enim pro egregiis tuis laboribus vllum hoc munere splendidus præmium in te conferre potuit. Quæ autem huiusce vitæ labem atque interitũ superant, Christus in altero ævo tibi seruat, nimirum immortalem vitam, infinitas delicias, ac gloriam sempiternam, quas quidem in res mutatio nulla cadit.

Theodoro Scholastico. 396.

Abrahamicum hunc Abrahamium à me tibi commendo, etsi me præstantiorẽ. Fert autem ille ob charitatem eam contumeliam quæ ipsi inferitur, cùm mecum comparatur. Hunc habe, atque honore affice. Eam enim diuinitus artem consecutus est, qua & iuuenilis ætatis ignem sopire queat, & viam eruditionem ad mortuam adiungat.

Zachæo. 397.

Si miracula essent res, quæ vulgi sermonibus iactantur, ac per spem in Deum perpetrata fuissent, perpetuò proculdubio ab omni mutatione aliena permansissent. Sin autem spectra duntaxat, quæ præstigiis quibusdam extiterint, ea nec consistant, nec vim vllam habeant. Quicquid enim humano ingenio atque solertia nouo modo efficitur, quàm ocysimè deletur, nisi diuina gratia conferuetur.

Eidem. 398.

Quidam nouis sermonibus homines de-

χάρως τῆς κόπων ἀνεχόντας, καρπὸν δὲ τῆς πονηθέντων μὴ βλέποντες, οὐκ ἔτι διδάσκειν ἀνόνητα. εἰ τοίνυν βούλει μαθεῖν ἀ νῦν πάλιν ἠρώτησας, δέξομαι ἔργω ἀ παρῆτερον ἔμαθες. εἰ δὲ φαίνῃ σκεῖνα μὴ ὄπισθήμενος, εἰς τί κέρδος καὶ ταῦτά σοι σαφηνίσωμεν.

Αὐτονίῳ κορρίκτωρι. τρε.

Χαλκῆ μὲν εἰκὼν βασιλεὺς σὲ ἠμέλειτο, χρυσῶν γιγασσῶν τὸ γέρας παρῆτερον ἐλάμψεν. εἰ δὲν γὰρ τῶν λαμπροτέρων εἶδε τῆς ἀγαθῶν σοι πόνων φιλοπρῆσιας ἔπαθλον. ὅσα δὲ πῶν εἰ ταῦτα φθορῶν ὑποβέβηκε, χεῖρας σκεῖθαι φυλάττει σοι ἀκίρατον ζῶν ἀπέραντον τευφήν, καὶ δόξαν αἰδίο, οἷς οὐκ ἔστι ἀλλοίωσις.

Θεοδώρῳ χολαστικῶ. τρεε.

Τὸν Ἀβραμῶν Ἀβραμῶν ἐγὼ σοι τῶτον συνίστημι ἀπ' ἐμαυτῆ, εἰ καὶ κρείττονα. Φέρει δὲ ὁ ἀπὸ ὑβελζόρμνος δὲ ἀγάπην ἐμοὶ συγκρινόμνος. ἔχει τῶτον τιμῆς. ἔχει γὰρ τέχνην ἐκ θεῶν καὶ πῦρ νεότητος μαράνειν εἰδῆσαι, καὶ πάρευσιν ζῶσαι τῆ νεκρῶ ἔπειτα σαγαγεῖν.

Ζαχαῖῳ. τρεζ.

Εἰ θαύματα ἦν τὰ θρυλλέμενα, καὶ τῆ εἰς θεὸν ἐλπιδὶ κατόρθωντο, ἔμενεν ἂν μέχρι πάντος μὴ πεπεμένα. εἰ δὲ φάσματ' ἀμαγανίας γενόμενα, μήτε σικέτω, μήτε δυνάσθω. πάντα γὰρ τὰ ἐξ ἀνθρωπίνων χειρῶν γούμνα, ταχύνῃ ἔχει κατάλυσι, ὅτι τῆ θεῶ χεῖρι μὴ φυλάττεται.

Τῷ αὐτῷ. τση.

Καινοῖς πινὲς λόγοις τῶς ἀνθρώπους ἠπάτη